 rum ad rubedinē trahēs/ bonū h^{is} odorē: et equalis saporis q^d nec acre
 nec acutū nec dulce sit: q^d non fumosum nec grossum nec valde subtile:
 sed ad subtilitatem declinans: q^d etiam inter fortitudinem et debilitatez
 obrinet mediocritatem. quod etiam non creuit in saxosis et lapidosis mō-
 tibus nec iⁿ terra simpliciter plana et arabilis: sed in terra mōtuosa versus
 meridiem discooperta. et in regione non nimis calida: nec nimis frigida.
 Et ista partim colliguntur ex auicēna tertia p^mi. loco preallegato. ¶ Cir-
 ca regimen vini quo ad etates notande sunt tres regule quas ponit auic-
 cenna tertia p^mi loco preallegato. ¶ Prima est q^d dare vinum pueris
 in potu est sicut ignē addere igni in lignis debilib⁹. eo q^d pueri vebemē-
 ter rari sunt et de facili inflamabiles. p^{pter} abundantia sui caloris innati:
 et sunt debiliū neruoz et debilis cerebri. quare ledit eos multipliciter vniū
 et inflatione facili: et percussione cerebri et neruoz sua penetratione faci-
 lima: et effumatione copiosa. Cum igitur pueris vinuz in potu datur: ca-
 lor ei⁹ inflamabilis calori pueri inflamabili additur in corpe pueri quod
 est pauce resistentie: sicut debile lignuz vel arundo sicca vel stipula ar-
 da ante facie ignis. ¶ Secunda regula est q^d seni potest dari vinū in po-
 tu quantum tolerare potest sine nocumento scz q^{ntū} appetit appetitu na-
 turali et regulato. Sicut em̄ veteres ocree aridez rugate renouantur: oleo
 leniunt et applanant. sic corpa senū potu vini electi sicut vini beluensis.
 Senes em̄ frigidi sunt et a vino calefiunt: et habent spiritū iristē et abun-
 dant in melancolija. sed vinum exhilarat eos: et melancolias reprimit: cō-
 muniter male dormiūt vinum vero puocat in eis somnum. Ad op^{lati}
 ones prouisi sunt: quas vinum aperit et eas prohibet. Et sic sicut vinum
 est pueris contrarissimū: ita senibus vtilissimum. ¶ Tertia est q^d vinum
 temperate dandum est iuuenibus. temperate quidem scdm mensuram
 quantitatiuam et decentem limphationem. Licet em̄ iuuenes sunt cal-
 di sicut pueri: tamē habent mēbra solidiora neruos et cerebri fortes: q^{b⁹}
 potenter resistunt nocumentis potu vini. Consequuntur etiam ex potu
 vini sobrie sumpti iuamēta p^{lim} videlicet educationē colere/ et corpale
 robur et ingenij acumen/ abundantiam spiritū subtiliū et paruoz.

Non sit acetosa ceruisia sed bene clara

De validis cocta granis satis ac veterata.

CIn isto textu ponitur quæ circa electioz ceruisie Quoz patris est qd dicitur eligi ceruisia non acetosa: q: acetosa nocet stomacho. Aceti enim nocet nervis sicut Aulcæ. in pluribus passibus. Jam stomachus est membrum valde nervosum. et hoc quo ad eius officium. Secundum est qd ceruisia debet esse clara: q: turbida opilat atq: calculosis nocet: nimium inspingat ac inflationem inducit atq: breuitatem anhelitus. et est multorum fleumarum generatio. Tertium est qd dicitur eligi ceruisia de bonis granis non corruptis. scilicet de optio ordeo: tritico siue auena. q: quanto grana sunt meliora: melior ex eis generatur humor. Quartum est qd ceruisia debet esse bene cocta: q: melius digeritur et amicitur a natura recipitur. et nocumeta que perveniunt ex bibitione eius melius tolerantur. Ceruisia enim non bene cocta veteritates in ventre inducit/ torsionem, inflationem atq: colicam. Quintum est qd ceruisia debet esse antiqua: et a febris munda: si nimium reces. Reces enim ceruisia inducit eadem nocumeta que ceruisia non bene cocta. et cum hoc de se facillime inducit stranguriam.

De qua potetur stomachus non inde grauetur.

Hic ponitur unum documentum circa usum ceruisie. Et est qd vitæ ceruisia debet esse vitæ temperata/ sic qd non grauet stomachum vel inducat ebrietatem. Ebrietas enim que ex ceruisia pervenit defior est ea que ex vino est: magis duras: cum ex ceruisia fumus et vapores elevati ad caput sunt grossi quare minus resolvable sunt quam qui ex vino elevantur. Et est hoc sciendum qd in principio prandii vel cene cerevisis paribus vitæ est incipere suum potum a ceruisia quam a vino. Cuius causa est qd in principio mensæ corporis est famelicum et sic stomachus ante principium suppletionis cibi famelicus erat et sic traxit superfluitates a membris. Si ergo vinum in principio mensæ se daret ex quo natura maxime trahit vinum: qd de se maxime nutritivum: ille superfluitates scilicet a stomacho tracte simul cum vino ad partes corporis traherentur. sed natura non ita aude trahit ceruisiam. Sicut ceruisia lavat humores adhaerentes officio stomachi. et propter illam causam medici prescribunt qd in maxima fame debeat prius provocari vomitum quam cibum sumatur/ ut ille superfluitates a stomacho famelico tracte evacuentur ne permisceantur cum chilo. Sicut timens suum ex nimia potatione vini debet bibere ceruisiam. Hippocrates enim sitim medicosam reprimat.

Temporibus veris modicum prandere iuberis

Sed calor estatis dapibus nocet imoderatis.

Autumni fructus caueas ne sint tibi luctus.

De mensa sume quantum vis tempore brume.

In hoc passu determinatur de quantitate cibi sumendi secundum diversitatem temporum quatuor anni/ que sunt ver/ estas/ autumnus/ et hyems. Et dicitur textus primo qd tempore veris debemus modicum prandere. id est paucum sumere cibum. Et idem vult aulcæ. secunda prima doctrina secunda. ca. vii. et tertia prima doctrina quinta. de regimine temporum cum rectificatione aeris. Et ratio huius est ut ibidem ens vult aulcæ. qd tempore hyemis propter gulositatem/ exercitij puritatem et resolutionis prohibetur.

one multiplican̄ hūores crudī. & maxie fleumatici q̄ pp̄ p̄portionalitatē
t̄p̄is tūc maxie generant̄. & isti ī interiorib⁹ corp̄is coadunant̄ pp̄ frīg⁹ cir-
cūstās. Ver̄ aut̄ sup̄ueniēs istos hūores crudos ī int̄iorib⁹ quoadūatos
elliquat̄: & facit eos currere p̄ totū corp̄us. q̄re natura tūc multū occupat̄
circa digestiōe eoz. Si ḡ t̄p̄e veris daretur magna quātitas cibi natu-
ra a digestiōe talū hūmoz fleumaticoz impediret̄ & diuerteretur. q̄z p̄
istos humores & magnā quātitatē ciboz nimū grauares. Et sic tales hu-
mores in corpe manerēt indigesti. & currētes ad aliquod mēbz illic egrī-
tudines inducerent. Et ḡ summōpe cauere debem⁹ a magna quātitate
ciboz in vere: q̄z dim̄nuit ciboz tali t̄p̄e est vnū de maxime p̄seruātib⁹
ab egritudinibus veris. vt vult autē. sc̄da p̄mi loco p̄allegato. Et istud
q̄d dicitū est maxie veritatē h̄z de medio & fine veris. & nō de initio eius
q̄z initū eius hyemi assimilā. q̄re tūc hō pōt nutriri sicut in hyeme. Et
istud etiā intelligēdū est q̄n ver inuenit corp̄us repletū hūozib⁹ fleuma-
ticis crudis. Si em̄ ver inueniat corp̄us t̄patū in hūozib⁹: cib⁹ in eo dan-
dus est s̄z mēsurā caloris innat̄. & resolutiōez que fit a corpe q̄z tūc abla-
ta est cā q̄re dim̄nueret cib⁹. Et istud voluit p̄po. p̄ma āphorismoz dū
dicit. T̄tres hyeme & vere calidissimi sūt natura & somni lōgissimi. In
his igit̄ t̄p̄ibus oblatiōes plures dande sunt. etem̄ innat⁹ calor est mul-
tus. nutritiōe igit̄ indigent amplior. ¶ Secūdo dicit q̄ nimia sumptō
cibi nocet in estate. Cui⁹ cā est q̄z tūc t̄p̄is digestiua h̄tus est debilis / cū
sp̄is & calor inatus q̄ sunt instrumētū virtutū multū sunt debiles sparsi
& resoluti p̄pter caloriē extrinsecū vehemētē habentē eos ad exteriora. &
ḡ mult⁹ cibus nō possz digerī. Et circa istud sciendū est q̄ pp̄ vehemē-
tā resolutiōis hūiditātū tā substāntialū q̄ nutritiōis corp̄is in estiuo
t̄p̄e grossior & maior cibus exhibēdus esset si virtus sufficeret ad digerē-
dū talē & tm̄ s̄z q̄z nō sufficit vna vice multū digerere cibū: p̄az & sepe ḡ
eo dādū ē. Juxta illud galeni p̄ma āphorismoz p̄mēto illi⁹ canōis. Et
q̄bus semel aut bis dicitis. In estate cibus multotiens erit dādus & pa-
rum. multotiens q̄z idiget pp̄ sepiōimā dissolutiōem. p̄az pp̄ h̄tus v̄fe-
ctiōe. Et licz in estate p̄az de cibo sit dandū: multū tm̄ de potu pōt da-
ri. cū tunc resolutio maxia fiat & desiccatio corp̄is: & eleuatio caloris sup̄
hūidū & plus s̄riat hō q̄z alio t̄p̄e. Vlex est tm̄ q̄z potus vini & p̄cipue vi-
nosū puri minuēdus est: q̄z tale vinū est facile inflamabile & caloriē tā acu-
tū estu violento excēdere facit. & ḡ si bibat vinum miscenda est mul-
ta aqua. & dimittatur vinū vetus & forte. ¶ Tertio dicit q̄ in autūno de-
bem⁹ cauere a fructibus saltez illi⁹ temporis: vt vuis / persicis / ficub⁹ /
& similib⁹. vel saltem nō multum de eis comedere: quia tales fructus ge-
nerāt sanguinē dispositū ad putrefactiōez. p̄pter ebullitiōe quaz in cor-
pore & humoribus faciunt. & maxime si fuerint ī stomacho immūdo vel
in cacochimico corpore recepti: quale corp⁹ in autūno sepius occurrit.
Et sic male tunc accidūt egritudines scilicet vartole / morbilli & pestilentes.
¶ Pro maiori tamen notitia regiminis cibi & potus tempore autū

ni sciendus est: q̄ tempore autūni debet euitari fames z sitis z repleto
 multi cibi in vna hora: vt vult Rasus quarto alimafors. ca. de regimine
 corpis fm̄ ip̄a. Vnū p̄erea qd̄ bibitur ip̄e autūni vehemēter est lim-
 phandū/ vt corpus humectet z calorē rep̄at: s̄ nō sup̄flue d̄z līmp̄ha
 rī tantū q̄tū in estate: neq̄ sup̄flue d̄z tūc bibi: q̄ tunc natura debilita
 ta nō sufficeret ipsum regere z digerere z nimis limphatum calores ob-
 tunderet z multiplicaret vērositates q̄b̄ colica generari poss̄. ¶ Quar-
 to dicit q̄ ip̄e hyemali debemus sumere cibū tm̄ q̄tū volum⁹. i. plus q̄
 ceteris temporibus. Et idem vult auicēna tertia p̄ami. loco p̄allegato.
 Et galenus in commento illius amphorismi p̄ime particule ampho-
 rismoꝝ. Et quibus semel aut bis vbi dicit. In hyeme mult⁹ cib⁹ z pau-
 latiz est dandus. Et ratio huius est: quia calor nostri corporis in hyeme
 est fortissimus: tum quia virtus: tum quia fortificatus p̄ antiperistasis.
 Id est iuxta positionem sui cōtrarij: videlicet frigiditas aeris nostra cor-
 pora circumdantis. Et istud ver⁹ est in corporibus robustis z carnosis: z
 non in rasis z debilib⁹ quia in talibus corporibus frigus int̄suz hyemis
 non confortat calorem sed magis debilitat. Et istud innuit ypocras p̄-
 ma amphorismoꝝ dicens. Ventres hyeme z vere calidissimi sunt na-
 tura z somni lōgissimi. In his ergo ip̄ibus ablatōes plures dande sūt
 etm̄ innatus calor est multus. nutrimento igitur ampliori indigent. Et
 ex isto etiā sequitur q̄ nutrimenta grossiora z durioris digestiōis p̄ueniūt
 hyeme q̄ alijs: ip̄ibus: q̄ calor est fortior. Vnū aut̄ quo vtendū est hoc
 ip̄e d̄z esse roseū nō albū cū aqua pauca. ¶ Notādū hīc q̄ licz p̄siderari
 one habita ad fortitudinē caloris z digestiue virtutis in hyeme grossio-
 res z dēsiores cibi p̄ueniāt: q̄ tm̄ corpora tūc disposita sunt ad op̄latiōes z
 repletiones ex fleumate plurimo. nec ab eis resolutio multa fit a cōtinē-
 te tutus est vti tunc mediocribus cibus inter solidū z rap: grossuz z sub-
 tile sicut carnibus hedi vituli mutonis: lucis p̄cis z cancris. Et vtētib⁹
 grossiorib⁹ cibus vt boue/porco/ceruo/cōchis/ostreis/carpis. z similib⁹
 expedit vt vnica comestiōe ī die p̄tēnt: v̄ vtant sepe reb⁹ diu reticis z
 ap̄ituis vt petrosilino/nasturtio/apio z silibus. z forti vtant exercitio.

Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tuta

Adde rose florem minuit potenter amorem.

¶ In hoc passu ponunt duo remedia corrigentia potū malū. Quorum
 p̄mū est salvia. cui⁹ folia ip̄osita potui corrigūt maliciā potus sua p̄pe-
 tate. z etiā in se hñt virtutē p̄fortādī neruos z cerebrū q̄b̄ p̄fortatis me-
 lius resistunt malis fumis recipiēdis q̄ p̄ueniūt ex malo potu. Scdm̄ ē
 ruta cuius etiā folia integra absq̄ eoz alia cōtritiōe debēt potui ip̄o-
 ni: quia sua caliditate z p̄p̄ietate corrigunt maliciā potus. Et de ruta
 quomodo valet contravenenū p̄ius dictū est ibi. Allea nux ruta. Post
 ea subdit textus q̄ istis duobus predictis potest addi flos rose. Et hoc
 maxime debet intelligi de rosa rubea que sua aromaticitate existente in

eius superficie: et similiter sua stiptitate corrigi maliciam potus.
**Nausea non poterit quemq̄ vexare marina
Aurea cum vino mixtam si sumpserit illam**

In hoc textu ponitur vñū remediū contra nauseam siue vomitum
puenientes transfretantib⁹ nō consuetis dicēs q̄ ille qui debet transfre
tari anteq̄ nauē intret: debet aliquibus dieb⁹ miscere aquā marinā suo
vino. Et istud est remediū pro diuitibus. qz si pauper fuerit debet pota
re aquā marinā vt facilius nauseā eulret. Et causa hui⁹ est qz aqua ma
ris salsedine habet: et sic sua salsedine et stiptitate que cōsequitur salsedi
nē orificiū claudit: et per hoc vomit⁹ impeditur. Et circa istud est notan
dus qz sicut vult auicēna tertia p̄mi cap. de regimine iter agētis in mari/
viator in mari nō dz multuz conari retinere vel cōpescere a p̄cipio nau
seam vel vomitū: lz dimittatur vomitus ipsius continuari: donec per ip
suz fuerit bñ purgat⁹. hoc ei preseruat a multis egritudinib⁹: et nedū p̄
feruat/ immo etiā curat vel alleuiat graues et magnas egritudines. vt le
p̄ā/ ydropisim/ appoplexiā/ frigiditatē stomachi: et eius inflationē. put
vult auicēna tertia p̄mi doctrina sc̄ba cap. sc̄bo. Si tñ vomit⁹ viatoris i
mari supfluxerit sic qz vehemēter debilitet ip̄m restringendus est come
stioe fructuū stipticorū et acetosorū: sicut sūt citrona et mactana acetosa. vl
poma de carpēduto et mala gnata acetosa qb⁹ orificiū stomachi p̄forta
tū depellit hūiores iferi⁹. et stomach⁹ etiā p̄fortat⁹ ab his hūiores repe
lit effluētes ad esū ex agitatioe abvndis. Vel pōt semel ap̄i torrefactū bī
bī cū vino vl absintū pōt comedi aut bibi et sili panis assat⁹ et ifusus in
vino bñ redolēte comest⁹ valz ad idē. Et vlz valz nutritio viatoris i
mari ex cibis acetosis p̄fortantib⁹ os stomachi: et phibētib⁹ vapores: et fumos
ascēdere ad caput. sicut sunt lētes cocte in aceto vel in succo vae acerbe

**Salvia: sal: vinum: piper: allea: petroselinum
Ex his fit salsa: nisi sit commixtio falsa.**

In hoc textu ponitur modus faciendi salsamentū commune si i mē
sa deficiāt salsamēta sp̄alia. Et p̄ illo ponuntur q̄ncq̄ ex quibus pōt fie
ri salsamētū. P̄amū est salua qua fit p̄dimētū in assatione auce siue de
coctione. Aniuersaliter enim auce assate siue porcelli salua implentur
vt humiditates superflue siue viscositates extrahantur: et odor saluae au
cis aut porcellis imaneat. P̄ost assationem tamē salua etci debet et nō
comedi. Similiter ex salua fit cōdimentuz comestibile a rusticis vel cō
munibus in comestione auce. terunt em alleum cum salua ad auferen
dum aliquid saporis allei. Sc̄m est sal cū vino. et est salsamētū diuituz
siue nobilitum. Ipsi enim deficiente sinapio vel veriuo ponit in falsa
rio vinum cui modicum salis admiscem. Tertius est piper. et est salsamē
tū rusticorū. Cōmiscet ei piper cū fabis et pis. Siliiter etiā ex pane asso
cū ceruisia vel vino et cū pipere fit salsamentū nigrū ad modum pulvis

quod piper dicitur et hoc superfunditur carnibus aut piscibus. Quartum est alleum
ex quo etiam fit balsamentum rusticorum. miscetur enim cum molli caseo et lac-
te terendo alleum; et sic comeditur cum cibo, siue asso siue elixio siue falso siue
dulci et cum ovis duris. Quintum est petroselinum ex cuius foliis contusis cum
veruto vel albo vino fit viridis salsa cum assis comestibilis. Et circa istud
est notandum quod balsamentum siue falsum diuersificantur primo secundum tempora.
Temporibus enim calidis declinant falsae ad frigus vel pauca caliditate
temporibus vero frigidis e converso. Materia igitur falsarum in estate fit veru-
tum vel agresta de summitatibus vitis vel acetum/succus limonum vel
citragulorum vel granatorum cum succara et aqua rosarum. Et interdum in
falsis quae fiunt in estate potest addi aliquantulum serpilli et petrosilini ad
obtemperandum frigiditatem praedictorum. Materia vero falsarum competentium
temporibus frigidis sunt cinapium/eruca/zingiber/piper/cinamomum/
gariofilum/allea/saluia/menta/serpillum/et petroselinum/vinum/aqua/carnium
acetum non forte sed propinquum nature vini. Et in temporibus mediocribus
sunt mediocris caliditatis et frigiditatis. Secundo diuersificantur ratione cibario-
rum pro quibus fiunt. Haec alia et alia cibaria indigent alijs et alijs falsis. si-
cut sciunt dominorum cocli. Ad utrumque enim et similiter vitulorum et capreolorum sal-
sa conueniens est salsa viridis. In estate quidem ex aceto et agresta cum
paucis speciebus: et sine alleis cum petrosilino zingibere alborum agresta/
et panis asso infuso in aceto vel agresta. In hyeme fit eadem salsa cum
pluribus speciebus et paucis alleis et optimo vino et pauca agresta: vel po-
test sufficere sinapium et eruca. Salsa autem pro carnibus bouinis elix-
tis est piper bullitum quod fit ex pipere et pane asso et aqua carnis et pau-
ca agresta. et ista eadem salsa est satis conueniens carnibus porcinis in hye-
me. Possunt etiam carnes porcine comedi in estate: cum aceto et petrosilino
in principio refectiois. Si autem praedictae carnes pastillentur et spaliter bouinae et
porcine. in hyeme quidem apponatur cepe album cum puluere specierum dulcium in par-
ua quantitate. In estate vero sine cepis et cum veruto. vel potest apponi cepe
paruae et in pauca quantitate. Si autem pastillatura fit ex carnibus subtilioribus
non apponatur cepe: sed in estate lac amigdalorum cum veruto et pauco pulue-
re specierum dulcium. et in fine potest apponi ouum quassatum cum agresta. sed in hye-
me loco agreste ponitur vinum et plus de speciebus. Assature autem cuniculorum
et pullorum iuuenium conueniens est salsa in qua est cinamomum: et mica panis
cum agresta quidem in estate. et cum vino in hyeme. Assature autem porci salsa con-
ueniens est liquor descendens quassatus cum optimo vino et cepis in hye-
me et in estate viridis salsa superius notata. Assature autem faseanorum et colu-
barum et turturarum nulla alia salsa indigent nisi sale. Caponum autem et gallina-
rum elixatorum conueniens salsa est aqua decoctionis eorum cum aliquantulo pul-
ueris specierum dulcium. et praecipue si in praedicta decoctione addatur salvia/ysopus
petroselinum/et hoc in hyeme. et in estate sufficit sola aqua cum aliquantulo suc-
ci summitatum vitis. Sed pro falsa caponum et gallinarum pinguium pastil-
landorum nihil penitus est apponendum: nisi aliquantulum pulueris specierum: et in

fine agresta supradicta iestate et optimū vīnū i hyeme. Pisces hō q̄to
sunt grossioris carnis et difficilioris digestionis et maioris supfluitatis et
humidioris nature: tanto indigēt salis calidiorib⁹ et acutioribus. et hoc
etiam verum est in carnibus.

Si forte vis sanus ablue sepe manus.

Et otio post mensam tibi confert munera bina.

Mundificat palmas: et lumina reddit acuta.

In hoc textu ponuntur due comoditates, puenientes ex lotionē manū
post cibū sumptū: Prima ē q̄ p hoc palme man⁹ mūdant. Scda est q̄
reddit lumina acuta. i. pdest oculis. et hoc maxie p accidēs: q̄ manus sūt
instrumenta mūdandi oculos quare multū cōfert eas esse mundas. Et
de istis comoditatibus dictū est etiā p̄us ibi. Lumina mane manus.

Panis nō calidus: nec sit nimis inueteratus

Sed fermentatus: oculatus sit bene coctus.

Modice salitus: frugibus validis sit electus.

Nō comedas crustā colerā quia gignit adustā.

Panis salatus: fermentatus bene coctus.

Purus sit sanus: qui non ita sit tibi vanus.

In hoc textu ponuntur duo vitanda circa electiōem panis. ¶ Primus
est caliditas. nō em̄ d̄z panis comedi calidus. Panis em̄ calidus est hu
mane nature nociuus. Juxta illd̄ Auicē. secūdo canōis cap. de pane di
centis. Nō comedatur calidus sicut est. Panis em̄ calidus nō est apud
naturā receptibilis. et acceptio ei⁹ qui est de fumo et reliquoz sibi similitū
est mala. Et rō est q̄ talis panis multū opilat. Et postea itez dicit Au
cēna. Panis calidus sicut facit sua caliditate et natat ppter suā humi
ditatē vaporosam. et est velocis digestiōis et tarde descensōis. Et quia
iste panis calidus nō cōueniat in regimine sanitatis q̄ ad esum: odor tñ
panis calidi multum pfert. resuscitat em̄ sincopisatē: et possibile est ali
quos homines ytuere ex odore panis calidi. ¶ Secundū est q̄ nō debe
mus comedere panē diu pistum siue muscidū. q̄ talis panis nō est pue
niens p nutrimento nature humane. exsiccat em̄ corpus/ac humores me
lācolicos generat. Et ex isto relinquit q̄ panis nō debet eē calidus nec
vetustate induratus: sed priori die coctus. ¶ Postea in textu ponuntur
quāz pditiōnes panis electi. Quaz p̄ma est q̄ panis debet esse fermēta
tus bene. Et istud vult galienus p̄mo alimētoz cap. secundo dicens.
Optimi aut panū p digestiōe sunt qui maxie fermentati: et q̄ assationē
habuerunt a cōmensurato igne in clibano. Et itez eodē cap. dicit. Qui
vero infirmētatus est/ nullū utilis est. Et scdm̄ Auicēnam secundo cano
nis cap. de pane. Panis habens paz fermenti plurimi est nutrimentū:
sed eius nutrimentū opilat nisi illos q̄ sunt plurimi exercitij. ¶ Scda ē q̄

panis debet esse ocular⁹. id est porosus. et p hoc venorat q viscositas ei⁹
est ablata. **T**ertius est tñ q iste panis scdm Auicennā loco palletrato. velo-
cis est penetratiōis et mioris nutrimenti et deterioris sicut est panis opi-
rus q est plurimi furfuris. **T**ertius ē q panis debet eē bene coct⁹: quia
panis male coctus male digestiōis est: et stomacho grauedinē affert. **E**t
auicēna secūdo canōis loco palletrato dicit. **E**t ille qui non bene decoq-
tur est plurimi nutrimenti: sed eius nutrimentū opilat nisi illos qui sūt plu-
rimi exercitij. **E**t panis d patella est hui⁹ generis: eius nāq ps interior
raro decoquit bene. **Q**uarta est q panis d3 esse temperate salit⁹. **I**ti-
misi eī dulcis opilat: et nimis salus exsiccat. **M**oderate tñ salus optim
nutrimentū pber: dum tñ cetera pditiones assint. **Q**uinta est q sit fact⁹
ex optimis granis: ex optimo tritico et sana messe collecto. **D**einde sub-
dit textus q nos debem⁹ cauere ab esu cruste panis: qz illa generat co-
leram adustā siue humorē melancollicū. ex quo est ipsa adusta et sicca ē:
humor ab ea genit⁹ adustus erit et siccus. et ppter ea nobiles qui natura
colericī sunt: deponere faciūt supiorem crustam panis ac inferiorem/ qz
imitantur prelati: ac descliosi. **E**ligatur igitur mica panis/ que est melio-
ris maioris et velozioris nutrimentū/ qz crusta. **T**ertius est tamen q aliquā
do puenit sanis habentibus stomachū humidū et volentibus demace-
rari et in fine comestiōis plus competit. **I**uuat em̄ cibi descensū: et cō-
fortat officium stomachi. **P**ostea in duobus vltimis versibus innestur
q panis bonus debet habere istas quinque cōditiones scilicet q sit salit⁹
fermentatus bene coctus. purus. i. de mundis granis et sanis. i. de granis
sana messe collectis. **E**t istas pditiones partim innuit Auicenna loco p-
allegato dicens. **O**portet vt sit panis mundus salitus massam habēs cō-
fectam fermentatus coctus et vna nocte permanens. **E**t circa istud est
sciendū q si queratur nutritio maior et pziōr mūdificetur panis a fufu-
re. et si vltim⁹ subductiones aliquale dimitramus aliquā ptem furfuris
Furfur em̄ paz nutrit et ventrem subducit: et farina ecōuerso.

Est caro porcina sine vino peior ouina

Si tribus vina tunc est cibus et medicina.

In hoc textu ppat actor carnē porcina carnē ouie dicēs q caro porci-
na sine vino minus sana est ouina. tñ si caro porcina sumat cū vino ipa
est optū nutrimentū et medicinā pbes qz multū humectat et hoc itelligē
dū est maxie d porcellis assis siue d apris optie pparatis. **E**t circa istud
est sciendū q carnes porcine qb⁹ rustici et cōes vruūt/ qñ vidēz sunt salte
vel sole vl fumo exsiccate nullo mō saniores sūt carnib⁹ ouinis cetis pa-
rib⁹ siue cū vino: siue sine vino sumant. **S**z istud dicitū vritatē h3 de car-
nib⁹ porcelloz assatoz vel de carnibus aprinis modo predicto.

Alia porcorum bona sunt: mala sunt reliquorum

In hoc textu comparantur omasa porcoz omasis reliquoz brutoz
et dicit textus q omasa porcoz i. intestina preualent quo ad esum inte-

stis aliozū brutozū. Cuius ratio potest esse ista: quia pauca intestina comedimus/ nisi illa que replētur sanguine. vel que sunt animalū multum pinguiū: cuiusmodi sunt porci. Jam solus sanguis porci. ppter suā complexionemz similitudinem complexionis cum natura humana est sanguis quo omnia siue intestina implentur. Et similiter porci facilius impinguntur q̄ aliquod aliozū brutozū. ideo magis sumimus intestina porci q̄ aliozū brutozū.

**Impedit vrinam mustum: soluit cito ventrem
Epatis enfram: splenis: generat lapidemq̄**

Chic ponunt q̄nq̄ nocumenta puenientia ex potatione noui vini vel musti. Primum est q̄ mustū impedit vrinā. z hoc p̄t intelligi dupliciter. Primo q̄ mustū grossūz ppter suā grossitudinem ex fece admixta opilat ipsum epar siue ipsoz renes sic q̄ vrina de facili nō p̄t habere suum cursum. sc̄do impedit vrinā quo ad debitū eius modū sicut facit mustū renēse aliquod z quedā alia vina subtilia similiter: quia est aliquod mustū renēse: cuius feces sunt mordicantes: z dū ipm venit in vesica/ ille partes terrestres intro se mordicant vesicā: z cogunt vrinare sine ordine debito z modo consueto. Sc̄dm est q̄ soluit ventrem. Et ratio est quia abstergit viscera nitrositate siue faldie siue fecis: z stimulat ea ad expulsionem. Primo propter mordicationem fecis. Secundo propter similitudinem v̄rositatis quā inducit tale vinum siue mustum. Tertio lubrificando cito inferius per viam indigestibilitatis z grauaminis stomachi. quare stomachus se relaxat: z portas narū opprestas aperit. Tertium est q̄ mustū nocet bone cōplexioni epatis: quia opilat ipsūz ppter imixtionem plurimā siue fecis: z p̄ducit ad dissinteriā epaticā: ppter inflationē eius qua debilitat epar. Et istud vult aucenna tertia primi. cap. de regi mine aque z vini. Et sic etiā inducit catheclam siue malam dispositionē coloris: z malas inducit egritudines epatis: scilicet diuersas species ydropisis. Quartum est q̄ mustum nocet spleni z dispositioni eius ppter eandem causam que dicta est de epate: quia opilat splenem. z sic inducit duriciam eius. Quintum est q̄ mustū generat lapidem z maxime illum q̄ in renibus est qui rubeus est de facili frangibilis causa opilationis quā facit z grossitudine siue substantie. Et istud verū est de musto vinoz multū dulciū non habente feces nitrosas z mordicantes. Mustum em̄ habēs feces nitrosas z mordicantes magis impedit lapidem: quia multum facit vrinare: sicut mustū aliquod renēse facit apparere arenulas in vrina/ siue grauellam: quia facit multum vrinare. Multa em̄ vrina sua lotionē abstergit a renulas adherentes/ que cū ea expelluntur.

**Potus aque sumptus sit edenti valde nociuus
Infrigidat stomachum cibū nititur fore crudūz**

Chic ponuntur duo nocumenta puenientia ex potu aq̄ z hoc quo ad

edentē. Primum est q̄ potus aque nocet stomacho edentis. Cuius ratio
est quia ip̄s infrigidat & relaxat: & maxime deicit appetitū cibi. Scdm̄ ē
q̄ potus aque cū sumitur cibus impedit digestiōem cū cibum sumptuz
incrudet. Et istud vult Auicēna. tertia p̄mi. ca. de regimie eius qd̄ co
meditur dicens. Itēq̄ post ipsum sc̄z cibum multa bibenda est aqua que
inter ipsuz scilicet cibū & corpus stomachi separatiōem faciat. & ipsuz na
tare faciat. Et cap. de regimie aque & vini dicit. Et cū natura in digerē
do nutriēs studeat satietate aque iā precedente sufficienter. i. si p̄cesserit
satietas aque sufficiēs ad bonā cibi p̄mixtionem: aqua uehement̄ est im
pediens supple digestionem inchoatā. Et idē vult auicē. sc̄da cantice.
tractatu p̄mo cap. quarto dicens. Est etiā vitāduus potus aque in mēsa
nisi ratione adherentēz tarditatis descensus buccelle. Itē est etiā sumē
da aqua cū cibo. Et auerroyis in cōmento ait. Causa quidē hui⁹ est qm̄
cum sumitur aqua sup̄ cibū priusq̄ stomach⁹ calefecerit ip̄m infrigidat
ipsum incrudet. Et etiā causa quare supnatet cibus sumptus in stoma
cho & quare etiā nō adhereat vniā eidez q̄ cōterat ip̄m sicut exigitur.
Actio nāq̄ stomachi sup̄ sumptū cibū fit cōterēdo coquendo simul. vni
de sicut infundit̄ simul & in magna quātitate aqua in olla pp̄ qd̄ tardat̄
cibi decoctio in eadē: sic etiā p̄tigit̄ idēz ipsi stomacho. Et istud maxime
verificatur de potu multe aque. Modica em̄ quātitas aque frigide su
gendo sumpta p̄t̄cedit aū descensuz cibi vt p̄ eā cōpleat̄ cibi descēsus
ad inferiora & hoc si sitis infestauerit & bibere coegerit. nā modica quan
titas aque frigide p̄dicto mō sumpta stomachū alleuat & colligit. Alle
uat q̄dez a siti. alleuat etiā coopando ad descensuz cibi. Colligit autez
sua frigiditate coadunās p̄tes stomachi. Et istud colligitur ab auicē. lo
cis p̄allegatis. Notandū q̄ q̄suis insitis extinctiōe aqua sit p̄uentētor
potus q̄ vinū: tñ oibus consideratis vinū est potus p̄uentētor in regi
mine sanitatis q̄ aqua. Itā dato q̄ in sitis resp̄siōe q̄ est appetitus frigi
di & humidī aqua vniuersaliter melior sit q̄ frigida & humidā naturalit̄:
tñ in cibi p̄mixtiōe & eiusdē delatiōe ad p̄tes corp̄is extremas vinū p̄ua
let aqua. Itā vinū rōne sue subtilitatis in substantia & actiōe subtili⁹ cū
bis p̄miscetur & sp̄aliter q̄ natura magis in eo delectatur. ideo citus at
trahit ip̄m & alijs cibus p̄miscet. & specialiter q̄ hec mixtio fit p̄viā cutul
dam ebullitiōis quā vinū magis tuuat ratione virtualis caliditatis &
aqua impedit rōne frigiditatis. Et sic patet q̄ vinū p̄ualet aqua in cibo
rum p̄mixtiōe. Et similiter p̄ualet in eozūdez delatiōe. Itā vinū est
optimus penetrator qd̄ ei debetur ratione subtilitatis sue substantie & ra
tione caliditatis virtualis. subtilia em̄ & calida multum sunt penetratia:
& per consequens vinū est magis delatiuū q̄ aqua in qua nichil est v̄r
tualiter calidum nec substantie acritatis nec igneitat̄. vñ aque mora
transeundo impedit omnez cursuz. Amplius aqua ex alio nō est potus
ita cōueniēs sicut vinū: q̄ aqua impedit alimētū nutrire eo q̄ nō nutrit
quare illud v̄riq̄ minus nutrit. vnde q̄sto cibus est magis aquaticus: tā

mensura
de regimie
de regimie
de regimie

to est minus nutritiuus. Bonū est igitur q̄ vinūz pmisceatur cum cibo/
quod solum non impedit nutritionem imo multum tuat. q̄ vinum est
maxime nutritiuum z maxime restauratiuū z velocissime nutrit vt pri-
us dictū est. Notādum insuper q̄ nō solūz nocuus est potus aque eadē
ti siue sumentī cibū: imo in plurib⁹ alijs casibus nocu⁹ est. quos narrat
auicē. tertia primi. cap. de regimine aque z vini. Primo em̄ incōueniēs
est in homine ieiuno. tunc enī penetrat aqua bibita nullo retinaculo ī-
pediente vsq; ad intima membrorū principalium mortificans suum ca-
lorem innatum. Et istud vey est de homie vere ieiuno. Ebrū em̄ quōz
p̄ficat: neq; leditur ipse si ieiunus bibat aquam: q̄ ieiunus ebrūz non
est omnino ieiunus nec est in stomacho vacuus: sed adhuc hz reliquas
aliquas besterne crapule: quaz nitrositas aqua mitigatur: z stomachus
ab his per aquam abluitur: z repressis vaporibus z fumis p̄paratur sto-
machus ad receptionem noui nutrimenti. Secundo incōueniens in ho-
mine exercitato foris exercitio: z similiter statim post coitum. Nam tunc
poti corporis sunt multum aperti quare penetrat aqua in p̄funda mem-
brorum mortificans calorem innatū: qui post coitū etiam debilitatus ē
Tertio incōueniens est post balneationem: maxime cuz fit hec balnea-
tio vētre vacuo. tūc em̄ vie sunt vebemēter apte: quare ledens penetrat
equa vt dictū est. De isto potu aque dicit auicē. sexta quarti. sūma scda
cap. vltimo. Ex potu illius in ieiuno z post balneū z post coitum timef
corruptio p̄plexionis z ydropisis. Quarto incōueniēs est bibere aquā fri-
gidā cā obediendi siti nocturne mendose q̄ accidit in crapulatis z ebrūz
nam per potū aque frigide p̄hibentur resolutio z digestio humoris sal-
si vel fortis vini vel aliterius acuti facientis sitim. z sic cito post potuz re-
ueritur sitis ita fortis vt ante. Sed si vebemens affuerit sitis nimisū ve-
ransz inq̄etans nec sufficiat aeris īspirati frigiditas: nec ablutio oris cū
aqua frigida bibat sitibundus aquam frigidā cū vase stricti officij siue
gracilis rostri quatenus aqua p̄lixius detur sup̄ officium stomachi: for-
tius sitim mitiget: z de ea minus sumatur: ne digerendorū digestionem
penitus impediatur. Quinto generaliter malum est sanis bibere multam
equam frigidam: q̄ extinguit calorem innatū: z pectus offendit z stoma-
chi appetitum deicit: z mēbris oībus nervosis obest. Vey est tamen q̄
aqua tempate frigida aliquū p̄ accidens appetituz excitat z stomachum
fortem efficit coadunando ipsum z stringendo villos eius.

Sunt nutritiue multum carnes vituline.

¶ In hoc passu autor laudat carnes vitulinas: dicēs q̄ carnes vituline
multū sunt nutritiue. Et istud tanust auicēna tertia primi. capitulo de re-
gimine eius quod comeditur. vbi vult q̄ cibus sanitatis conseruatiuus
debet eē talis quales sūt carnes. quia sunt similis nature p̄us apte fieri
sanguis: z maxime carnes hedoz z vituloz paruoz z lactantiū z agno-
rum annaluz. Et istas carnes vitulinas summe laudat galienus tertio
alimentoz. vbi vult q̄ carnes vituli lactantis sex ebdomadaz vel octo

affate saniores sunt mutonis. facillis enim digestiois et multum nutritive sunt. Et de istis carnibus virulinis etiam prius dictum est.

Sunt bona gallina: capo: turtur: sturna: columba.

Quiscula: vel merula: phasianus: ethigoneta.

Perdix: frigellus: orex: tremulus: amarellus.

In hoc passu ponunt carnes eligibiliores pro nutrimento nature humane animalium volatiliu. Et enumerant quatuordecim aves: quarum carnes bone sunt pro nutrimento hominis. Prima autem est gallina: cuius esus siue comestio nature humane convenientis est. Hanc enim / auẽzoart / euerroys et mesue / vt dicit cõsultator pre ceteris laudat pulloꝝ carnes: maxime galline que nõdũ peperit et galli qui nõdũ calcavit. Sunt enim facillis puerisiois in sanguinem et supfluatũ paucaꝝ proprietatez mirabilem habentes in temperando complexionẽ et humores. cuius brodius optima leprosis est. medicina. Et de carne gallinarum dicit auicenna. secundo canonis. cap. de gallinarum et gallo quod caro gallinarum que sunt pulle in intellectu augmentum efficit: clarificat vocem et augmentat sperma. Et melior gallina secundum eum ibi est que nõdũ parit oua. Secunda autem est capo siue gallus castratus: cuius carnes ponit cõsultator differẽtia sexagesima octaua inter laudabiliores carnes. Et carnes istas et similes priores digerit stomachus a proprietate. Tertia autem est turtur que etiam est boni nutrimenti et bonum generans humorem. Cuius carnẽ auicenna secundo canonis. ca. de carne summe laudat dicens. Uolucris quidem caro melior non est quam alduragi. id est turturis et gallinarum et subtilior earum: et nõ sunt cum nutrimento carnum alcubegi. id est perdici etc. Quarta autem secundum aliquos est sturnus. et ista autem debet comedi in iuuentute. et est autem nota teuthonice conspithẽ. Secundum alios est starna: quam Rasis tertio almasoris per ceteros volatilibus laudat dicens. Starna caro omni carne avium leuior inuenit. atque his que subtili volũt custodiri regimine convenientior. Et potest per starnam intelligi autem magna velut anser grisea cinerea. cuius caro laudabilis est maxime cum iuuenis fuerit et isto modo intelligit almasor preferens istam carnẽ alij. Vel potest per starnam intelligi maneres perdici parue: quas moyses videt intelligere iudeis inquitens similiter starne nõ videntur pro domino nostro: quia ventrem perstringunt. Et istam proprietatem alij attribuunt perdicibus. Carnes enim ipsarum ventrem cõstringunt. teste Rasi tertio almasoris. Quinta autem est columba que est autem nota: cuius caro est colerica. Et de colubis dicit Rasis loco pallegato. Colube vehementer sunt caliditatis que sanguinem inflamarum generant: et cito febricitare faciunt. Et ergo aptius columbe comedi debent in passillis cum vultu acerbis quam assari. Per vias enim acerbis aufertur caliditas quas sanguini inducunt. Et electores colube pro esu sunt columbe iuuenes volare potentes: quia tales sunt leuioris digestiois et melioris humoris. Pulli enim nõ volare potentes caliditatem et humiditatem habent superfluas. quare grossos generant humores. vt vult auicenna. secundo canonis

capitulum de columbis. Antiquè vero columbe et earum caro propter caliditatem
nisiã et siccitatem et digestionis difficultatem sunt eustrandæ. Et similiter etiã
turtures antiquæ. ¶ Sexta autem est quiscula que ab aliquibus nominatur
coturnix: quia quiscula est nomen onomatopœyon scilicet fictum a suo sono.
Et ista caro secundum aliquos est subtilis substantia boni generis humorum: et
multum cooperit sanis ualescentibus. Scd̄ ysaac tamen coturnices ceteris vo-
latilibus sunt peiores. nec nutrimento nec digestioni laudabiles: quia ex co-
mestione carnis earum timet spasmus tiberanus. put etiam uult autem.
scd̄o canonis cap. d̄ eis: subligens rationem. scilicet quia in substantia carnis earum est
uirtus facienda humori accidentia narrata. et sic non ueniunt illa acciden-
tia ex eo solum: quia coturnices comedunt elleborum. Et hinc est quod galli-
ci comedunt coturnices cum molli pingui caseo. et isti faciunt pastilla. ¶ Pot-
tunt per coturnicem intelligi alia autem a predicta perdice maior et usque fere
coloris cum rubris pedibus et rostro saporis delectabilis dicta coturnix
italica lingua. Et isto modo raris tertio almasoris accipit coturnicem quam
preferit carnes eius post carnes sturne aliorum uolatilium carnibus. ¶ Septi-
ma autem est merula que est eiusdem quantitatis cum sturno: sed est ad nigre-
dinem tendens et habet rostrum subrubrum. et similiter debet comedere iuue-
nis. ¶ Octaua autem est phasianus. scilicet gallus siluestris: que ab omnibus me-
dicis enumeratur inter aues laudabilis carnis. Caro enim talis auis natu-
re humane est ualentissima et est cibum principum et magnatum. Cōsilia-
tor enim loco pallegato dicit. Siluestrium uero laudabiliores sunt phasia-
ni ad sanitatem et ad robur. Et fortassis etiã uersaliter domestici cum
sint gallinis propinquissimi et eiusdem fere speciei: sintque illi sicciore aëris et
alimenti ac exercitii aptiores. ¶ Nonna autem est trigoneta que est auis parua ad
modum perdis sed longum rostrum habet cuius caro est optima. ¶ Decia
est perdis cuius caro secundum auicennam. scd̄o canonis. cap. decubigit est de subti-
lioribus carnibus impinguans quia multum nutrit cor abstergens ydropisim et
stomacho proferens et augmentum in coitu faciens. Uerum est tamen quod stringit uē-
tre. Et istam carnem galienus tertio alimentorum. ca. xvij. et viij. de ingenio. ca. ij.
preferit omnibus alijs uolatilium carnibus. Et dicit de ista carne quod si assidue co-
medatur maxime confert memorie. ¶ Undecima est fringillus. et est auis
comedens racemos uelociter uolans similis sturno. sed est melioris nu-
trimenti quam sturnus. et in ualde tales inueniuntur ubi sunt uinee et inebriantur
ex esu racemorum et melior est caro earum circa festum omnium sanctorum. ¶ Duode-
cima est orex: et est secundum aliquos gallina siluestris siue gallina phasiani. ¶
¶ secundum alios est gallina aquatica. scilicet nascitur in aqua. et siue sit femina phasiani siue gal-
lina aquatica: eius caro est boni nutrimenti. ¶ Decimatercia est tremulus
et est auis ceteris stans prope mare minor quam gallina. sed est auis fusca alte cla-
mas et uelocissime uolat. et quam ambulat super terram cauda eius semper tremat
et ideo dicitur tremulus et habet super caput eius longas plumas. Et non est
parua auis longam habens caudam que a medicis uocatur cauda tres-
mula. ¶ Ultima autem est amarellus. et etiam est auis similiter existens in

aq̄s sim̄lis anete sed ea minor. Et generaliter loquendo inter aues co-
 mestibiles plus laudantur ille que volatu velociores sunt. Et sicut car-
 nes p̄dicar̄ autū sunt laudabilis nutrimenti ⁊ facilis digestions ita et
 am reptantur carnes aliquarū autū illaudabilis nutrimenti: difficilis di-
 gestions ⁊ inequalis cōplexions sicut sunt carnes anser ⁊ pauonuz et
 malarдох ⁊ vniuersaliter autū habentū collū longum ⁊ rostrū longum
 degentiuz in aquis: ⁊ carnes passerū que sunt calidissime ⁊ a tēperamen-
 to longissime ⁊ multū excitātes coitū. ¶ Circa electionē hō carnis vola-
 tilis sciendū est q̄ sc̄dm diuersas laudabilioris nutrimenti pprietates ꝑ
 eius quod nutritur sanitatis vel roboris intentionem carnes laudantur
 varte. Unde galienus respiciens faciliem alterationē ⁊ subtilitatē in car-
 nib⁹ perdicū p̄fert easdem. Rasis hō cū ysaac respiciens subtilitatē star-
 ne ac leuitatē ipsam ceteris pretulit. ysaac etiā fm diuersas intentiones
 carnes volatilis laudauit diuersas. Aucēna hō laudauit carnes tartuz
 p̄ ceteris: v̄l qz respexit ad pp̄tātē qua roborat ⁊ p̄fortat intellectū. Vel
 qz ī terris eius est ipsarū rāta bonitas q̄ nō est ī alijs terris. Sciendū insu-
 per q̄ carnes volatilis pl⁹ pueniūt q̄ carnes quadrupedū his q̄ relicto
 exercitio corporali vacant p̄silijs studijs ⁊ p̄templatiōibus: qz digerunt
 facilius alijs. Iuxta illud galienus terito alim̄toꝝ. Digestibilior est tamē
 hec caro volatilis aīalū ⁊ maxime perdicū: ⁊ generant sanguinem cla-
 rum mundū spirituofum mentis exercitijs ⁊ eleuationi intellect⁹ apū.

Si pisces molles sunt magno corpore tolle

Si pisces duri parui sunt plus valituri.

¶ Hic ponuntur duo accidentia: ex quoz noticia attenditur electio p̄-
 sc̄ti. Unde pisces aut sunt duri aut molles. Si molles sunt. tunc senio-
 res sunt eligibiles. Cuius causa est ista: qz mollities puenit ex humi-
 ditate que in iuvene pisce indigesta est: ⁊ in senē plus digesta. ⁊ sic in iu-
 uēute tales pisces sunt generatim̄ fleumatuz: sed senes min⁹. Et sic p̄z
 q̄ anguilla senior sanior est iuvene fm quosdā. Si hō tales pisces sunt
 duri tunc iuvenes sunt saniores. i. digestibiliores/ cuiusmodi sunt lucij ⁊
 parce. Durities em̄ inq̄stum huiusmodi resistit digestioni. Et istam sen-
 tentiaz ponit Aucenna secundo canonis. cap. de piscibus dicēs. Et eli-
 gitur quidem ex piscibus durā carnem habentib⁹ ille qui est minor. Et
 ex habentib⁹ mollem carnē ille qui est maior ad terminum aliquem.

Lucius ⁊ parca saxaulis ⁊ albica teuca

Gornus plagicia cum carpa galbio truca.

¶ Hic tanguntur decem pisces eligibiles p̄ nutrimento nature huma-
 ne. Quorum primus est lucius/ qui est piscis notus. ⁊ dicitur esse tyran-
 nus pisciū: qz nō solū deuorat pisces alterius speciei: sed etiam eiusdem
 speciei cū eo. Unde sus. Lucius est piscis rex ⁊ tyrānus aquarū. A quo
 nō differt lucius iste parum. Est enim piscis dure carnis ⁊ natatu velox

¶ Secundus est parca/a parco parcis parcere dicta p̄ p̄trariū: q̄ nulli pi
sci parci. imo irata vulnerat alios pisces suis squamis: q̄s h̄ supra dor
sum. nec eā audet iuadere lucius. imo vt narrat Albertus d̄ naturis aīa
liū. est naturalis amicitia parce ⁊ lucij. Lucius. em̄ lesus ab alio difficul
ter sanat: sed lesus q̄rit parcam: q̄ vidēs euz lesum tangit ⁊ lenit vulnus
lucij: ⁊ sic lucius sanat. Et est: parca similiter piscis dure carnis not⁹ theu
tonice cynbaera. ¶ Tertio piscis est saxaulta vel saxaulus piscis marin⁹
apud gallicos dicit⁹ sola. Alij dicūt q̄ est piscis theutonice dicit⁹/eyntōz
ghe/ ⁊ ē piscis multū sanus inter pisces marinos. ¶ Quartus est albica
teuthonice/vvitinc/ ⁊ est piscis marinus. ¶ Quintus est teuca q̄ est dul
cis aque notus. pellem h̄is lubricā atq; viscosam: ad nigredinē tendēs:
sed eius caro est dura. Tū. ab istis trib⁹ piscib⁹ q̄ sunt lucius: parca: ⁊ teu
ca: post eoz coctōez auferi pelles. Et dicit iste piscis teuthonice/ytinke.
¶ Sextus est gomus ⁊ ē piscis minim⁹ marin⁹ albus ad quātitatē me
die parvis medij digiti quo ad lōgitudinēz qui comeditur cum capite ⁊
spinis ⁊ dicitur theuthonice/eyngaernaert. ¶ Septimus est plagicia. ⁊
est piscis marinus notus latus: habens in vna parte sue pelles maculas
rubeas: ⁊ pelles est tota alba: curuuz os habēs theuthonice/ cyn pladyf
scol. ¶ Octauus est parca q̄ est piscis dulcis aque notus. multū in de se
est viscosus: sed a magnatibus decoquit in vino. ⁊ sic ab eo tollitur eius
viscositas. ¶ Nonus est galbio/ ⁊ est piscis marinus notus a q̄busdā di
ctus rogetus theutonice roethaert. ⁊ est piscis dure carnis ⁊ sanus. Alij
textus h̄nt gouto/ ⁊ ē piscis paruus dulcis aque ad lōgitudinēz vnus
digiti longi: ⁊ est rotundus ⁊ suauissimus gallice/gouion. ¶ Vltimus ē
truca/ q̄ est i carne similis salmoni. nec tū est salmo. ⁊ est lōgus ⁊ nō gros
sus. Et capif in magnis fluuijs ⁊ p̄mittit se fricari i aqua ⁊ sic capif. ⁊ ex
eo fiūt pastilla cum speciebus. ⁊ est piscis. valde p̄ctosus gallice truytes.
¶ Circa electionē vero pisciū sciēdū est p̄mo q̄ pisces respectu carnum
ceteris paribus mioris sunt nutrimenti ⁊ facils digestiōis. ⁊ nutrimen
tū eoz est plurtū supfluitatū ⁊ fleumaticū ⁊ frigidū ⁊ humidū ⁊ minus
nauiuu. Et sunt ad digerendū duri: ⁊ longā faciūt morā in stomacho.
Et q̄ in eoz digestiōe laborat stomachus: ⁊ interdū corūp̄itur i stoma
cho: ⁊ qualitātē quandā suscipiūt putredinalē: sitim generant. Et vi sic
audeaz dicere carnū laudabilū nutrimentū melius est nutrimento pisciū
¶ Secdo sciendum est q̄ pisces marini sunt meliores in regimine sanita
tis ceteris paribus piscibus aque dulcis. Eoz enim nutrimentuz est mi
nus supflucum ⁊ nature carnum magis p̄pinquū. Sed q̄ ceteris pari
bus pisces marini sunt durioris carnis piscib⁹ aque dulcis. ideo sunt dif
ficilioris digestiōis ⁊ resolutionis ⁊ pluris nutrimentū ⁊ purioris. Veruz
est tamen q̄ in egris magis conferunt pisces aque dulcis propter debilit
tatem digestiue eorum. ¶ Tertio sciendum est q̄ in piscibus tam mari
nis q̄ aque dulcis eligendi sunt quozum caro est alba nonviscosa s̄ frā
gibilis: non multum grossa sed subtilis. non grauis odoris sed suauis

nec cite putrefactōis s; sufficientis duratōnis. nō mali coloris sed boni
z quorum habitatio nō est in lacubus stagnis nec in locis sordidis: nec ī
aquis habētib; malas herbas. Et eligendi sunt nō valde iuvenes nec
valde magni: z q̄ sūt velocis mot^o z pauce viscositatis. Et si sint pisces
marini eligēdi sunt q̄ capti fuerūt in fluminib^o multū distantib^o a mari
z hoc ceteris cōditōibus bonis suppositis. Itē suppositis predictis cō
ditōib^o: quāto pisces sunt squamosiores tanto sunt meliores. Et sicut
intelligit de spinis: quia spine multe z squame significāt puritatē substā
tie piscis. Itē inter pisces marinos meliores z puriores sunt q̄ capti z
nutriti sunt in mari pfundiori z magis agitato ad quod est cursus plu
rium fluuioꝝ. Et ergo capti in mari septentrionali qđ magis est agita
tum z magis tempestuosus z velocior fluxus z refluxus meliores sūt
capti in mari mortuo vel meridionali. Et similiter intelligēdum est de
piscib^o dulcis aque. Nam ceteris parib^o quāto aqua est pfundior z mo
bilior: tanto piscis in ea nutritus est melior. Et ex his sufficiēter eligi po
test qui pisces sunt vituperabiles/et qui laudabiles. Pisces em̄ bestia
les sicut porcus marinus/canis marinus delphin z morua/ non multū
comperunt in sanctis regimīne. Sunt enim difficilis digestiōis z gros
si humoris z multe supfluitatis: nec in carnibus predictoꝝ piscium ap
parent conditiones superius numerate puta albedo subtilitas zc. Et si
hos pisces z p̄similes comedi contingat non statim sunt coquendi z co
medendi postq̄ capti sunt: sed obseruandi sunt per aliquos dies quous
q̄ eoz carnes mollescāt z tenerescant sine substātie corruptiōne. Et etiā
predicti pisces meliores sunt semisalsi q̄ recetes: aut perfecte falsi. Int̄
alios autem pisces marinos consideratis cōditionibus supradictis lau
dabiliores videntur rogetus z gornatus siue gornus. Nam eoz caro z
substātia ē purissima. z post hoc plagicia z sola: sed hoz est magis visco
sa z minus frangibilis z minus alba z magis grossa z min^o subtilis: nec
hoz sapor aut odor est ita delectabilis z forte piscis merlangus est lau
dabilior post rogetū. Non est em̄ tante grossicie z viscositatis sicut pla
gicia z sola z eius substantia est satis frangibilis: sed cōsideratis sapore
z odore cū colore z substantie puritate z mobilitate deficit in bōitate a
rogeto z gornato. z similiter intelligatur de alece. Et morua iuuenis sa
tis appropinquat predictis in bonitate z cōsideratis p̄dictis cōditionibus
est: tamen grossior z viscosior predictis piscibus. Salmōes autē z turboti
z maquerelli multum deficiunt in bonitate: sunt em̄ multum grossiores
z viscosiores ad digerendū difficiliores z magis supfluitate pleni. vnde
non comperunt nisi exercitantibus fortibus iuuenib^o cum quibusdam
salsis eozum viscositati grossicie z frigiditati repugnantibus. Inter pi
sces autem dulcis aque p̄sideratis predictis cōditōibus parca z lucius
mediocrius p̄imum gradum bonitatis obtinēt: supposito q̄ sint pigues
deinde vendosia z deinde lopia. Et quous carpa sit squamosior predicti
tamen non habet carnem adeo albam z frangibilem z subtilem sicut lu

cibus & parca: & sepius reperitur in stagnis. Et vniuersaliter ceteris pari-
bus meliores sunt pisces dulcis aque qui capiuntur in aqua petrosa cur-
rente versus septentrionem profunda multe agitationis ad quam non profuit for-
ditas ciuitatum: in qua etiam non sunt herbe male. Cancri autem fluuiales &
marini multi sunt nutriti & non facile in stomacho corrumpuntur verum
sunt difficilis digestio. Sciendum est insuper quod pisces recentes corpore
humectant & lac & sperma multiplicant & multum competunt colericis. Et
non sunt comedendi pisces post forte exercitium vel forte labores: quia tunc
de facili in stomacho corrumpuntur. Et caueant abusu piscium habentes sto-
machum debilem vel malis humoribus plenum. Amplius sciendum quod pi-
sces grossi semisalsi meliores sunt quam recentes pisces. Et saliti multi tem-
poris non sunt boni. Item non sunt comedendi pisces & carnes simul nec
pisces & lacticia: nec sunt comedendi pisces post alios cibos. Item pisces
laudabiles parum saliti & in pauca quantitate sumpti: reuocant appetitum &
ipsum corroborant: si quis habuerit appetitum ad eos.

